



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. VIII. Ad cap. 2. 3. & 5. de supplenda neglig. praelatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

*Monasteriū Comite Tolosano fundatum, qui & ibidem sepultus. Vocatura-  
Gellonense. Ilias Monasterium Gellonense, à Valle Gellonensi.*

## CAP. VIII.

Ad cap. 2. 3. & 5. de supplendā neglig.  
prælatorum.

## S U M M A R I A.

- |                                   |                  |
|-----------------------------------|------------------|
| 1. Cap. 2. b. t. est Innocentii.  | 3. Cap. 3. b. t. |
| 2. Archiepiscopat. Sanct. Andrea- | 4. Cap. 5. b. t. |
| nus in Scotiâ.                    |                  |

*Cap. 2. b. t.  
est Inno-  
centii.  
Archiepisc.  
Sanct. An-  
dreas in  
Scotiâ.*

*Cap. 3. b. t.*

*Cap. 5. b. t.*

**P**er errorem aut negligentiam hoc capitulum transscribitur Clementi III. quod debetur Innocentio, ut patet ex Registro ipsius lib. 2. Epist. 5. ubi iisdem verbis inscriptum reperitur Episcopo & Andreae nimirum in Scotiâ. Episcopus Sanctandreas à Sixto IV. Anno 1471. metropoliticâ dignitate maestatus est, regni Scotiæ Primas.

In cap. 3. agitur de Archidiaconatu Richemundiæ, quæ est dignitas post Decanatum primaria Ecclesiæ Eboracensis in Angliâ. Vacantem hunc Archidiaconatum Archiepiscopus Eboracensis contulit Honorio Clerico suo, & mandavit Capitulo, ut ei Stallum præberent. Decanus cui nomen erat Simoni Apulo, eum non admisit, quod in Archiepiscopi literis non fieret mentio de Decano: sed contulit Archidiaconatum Rogerio de S. Emundo. Vide Rogerium Hovedenum in Johanne.

In cap. 5. Vacabat Cantoria Ecclesiæ Salmanticensis, cuius electio spectabat ad Episcopum & capitulum. Elapo semestri Decanus elegit P. cantorem. At Archiepiscopus Compostellanus H. in cantorem elegit. Re ad sedem apostolicam perlatâ, Pontifex electionem à Decano factam irritam pronunciat, quippe post sex menses factam, eligendi jure ad superiorē jam devoluto.

## CAP. IX.

Ad c. l. 2. De tempor. ordin.

S U M -